

XX. Tertiâ die Cæsar vallo castra communit: reliquas cohortes, quas in superioribus castris reliquerat, impedimenta ad se transduci jubet. Erat inter oppidum Ilerdam et proximum collem, ubi castra Petreius atque Afranius habebant, planities circiter passuum tercentorum, atque in hoc fere medio spatio tumulus erat paulò editior: quem si occupasset Cæsar, et communisset, ab oppido, et ponte, et comæatu omni, quem in oppidum contulerant, se interclusurum adversarios confidebat. Hoc sperans, legiones tres ex castris educit; acieque in locis idoneis instructâ, unius legionis antesignanos præcurrere, atque occupare eum tumulum jubet. Quâ re cognitâ, celeriter quæ in statione pro castris erant Afranii cohortes, breviori itinere ad eundem occupandum locum mittuntur. Contenditur prælio, et quòd prius in tumulum Afraniani venerant, nostri repelluntur, atque, aliis summissis subsidiis, terga vertere, seque ad signa legionum recipere coguntur. Genus erat pugnæ militum illorum, ut magno impetu primò procurrerent, audacter locum caperent, ordines suos non magnopere servarent, rari dispersique pugnarent: premerentur, pedem referre, et loco excedere non turpe existimarent, cum Lusitanis, reliquisque barbaris genere quodam pugnæ adsuefacti: quòd ferè fit, quibus quisque in locis miles inveteraverit, uti multùm earum regionum consuetudine moveatur. Hæc tamen ratio nostros perturbat, insuetos hujus generis pugnæ. Circumiri enim sese ab aperto latere, procurrentibus singulis, arbitrabantur. Ipsi autem

XX. *Tumulus paulò editior*, un montecillo. *Se interclusurum*, que impediria á los contrarios la entrada en la ciudad, el paso del puente y todos los viveres, etc. *Antesignanos*, las compañías que seguian al alférez. (*Antesignanus*, tambien el mismo alférez.) *Quæ erant in statione*, que estában avanzados delante de los reales. *Contenditur prælio*, pelean. *Repelluntur*, son rechazados. *Subsidiis summissis*, y por haber los contrarios enviado otros refuerzos. *Vertere terga*, huir. *Genus pugnæ*, el modo que tenian de pelear era correr con grande impetu al principio. *Non servarent magnopere ordines suos*, no cuidars mucho de guardar su puesto. *Rari*, claros y dispersos. *Si premerentur*, en caso de ser atacados, volver atrás y desocupar el campo no lo tenian por ignominia. *Quòd ferè fit*, por ser cosa ordinaria. *Orden: Uti quisque miles moveatur multùm consuetudine earum regionum, in quibus locis inveteraverit*, pegarsele á cada soldado la costumbre del país en que pasó los años de su milicia. *Ab latere aperto*, por el flanco...

suos ordines servare, neque ab signis discedere, neque sine gravi causâ eum locum, quem ceperant; dimitti censuerant oportere. Itaque, perturbatis antesignanis, legio, quæ in eo cornu constiterat, locum non tenuit, atque in proximum collem sese recepit.

XXI. Cæsar, pene omni acie perterritâ, quòd præter opinionem consuetudinemque acciderat, cohortatus suos, legionem nonam subsidio ducit: hostem insolenter atque acriter nostros insequentem supprimit, rursusque terga vertere, seque ad oppidum Ilerdam recipere, et sub muro consistere cogit. Sed nonæ legionis milites elati studio, dum sarcire acceptum detrimentum volunt, temerè insecuti fugientes in locum iniquum progrediuntur, et sub montem, in quo erat oppidum positum, succedunt. Hinc se recipere cum vellent, rursus illi ex loco superiore nostros premebant. Præruptus locus erat, utraqûe ex parte directus, ac tantùm in latitudinem patebat, ut tres instructæ cohortes eum locum explerent, et neque subsidia a lateribus summitti, neque equites laborantibus usui esse possent. Ab oppido autem declivis locus tenui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. Hac nostris erat receptus, quòd eò, incitati studio, inconsultius processerant. Hoc pugnabatur loco, et propter angustias iniquo, et quòd sub ipsis radicibus montis constiterant, ut nullum frustra telum in eos mitteretur: tamen virtute et patientiâ nitebantur, atque omnia vulnera sustinebant. Augebantur illis copie, atque ex castris cohortes per oppidum crebrò summittebantur, ut integri defessis succederent. Hoc idem Cæsar facere cogebatur, ut, summissis in eundem locum cohortibus, defessos reciperet. Hoc cum esset

*Servare ordines*, guardar sus filas.

XXI. *Supprimit*, reprime. *Elati studio*, llenos de coraje. *Sarcire*, reparar. (Su primera significacion *coser*.) *Progrediuntur in locum*, dan en un mal paso. *Præruptus*, era quebrado el lugar, escarpado por ambos lados. *Ac patebat tantùm in latitudinem*, y no tenia mas capacidad que la que ocupaban tres compañías puestas en orden. *Neque equites laborantibus*, ni podia socorrerles la caballeria si estaban en peligro. *Vergebat autem ab oppido fastigio tenui*, hácia la ciudad corria una cuesta de poca pendiente. *Hac nostris*, por aquí tenian retirada los nuestros del lugar en que se metieron con demasiado empeño è inconsideracion. *Ut nullum*, que los enemigos no perdian ningun tiro. *Integri*, soldados de refresco...

modo pugnatum continenter horis quinque, nostrique gravius a multitudine premerentur, consumptis omnibus telis, gladiis districtis, impetum adversus montem in cohortes faciunt, paucisque dejectis, reliquos sese convertere cogunt. Summotis sub murum cohortibus, ac nonnullâ parte propter terrorum in oppidum compulsis, facilis est nostris receptus datus. Equitatus autem noster ab utroque latere, etsi dejectis atque inferioribus locis constiterat, tamen in summum jugum virtute conmittitur, atque inter duas acies perequitans, commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Ita vario certamine pugnatum est. Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt, in his Q. Fulginius ex primo hastato legionis quartæ decimæ, qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat. Vulnerantur amplius sexcenti. Ex Afranianis interficiuntur T. Cæcilius, primipili centurio, et præter eum centuriones quatuor, milites amplius ducenti. Sed hæc ejus diei præfertur opinio, ut se utrique superiores discessisse existimarent: Afraniani, quod, cum esse omnium judicio inferiores viderentur, cominus tandiu stetissent, et nostrorum impetum sustinuisent, et initio lucum tumulumque tenuissent, quæ causa pugnandi fuerat, et nostros primo congressu terga vertere coegissent: nostri autem, quod iniquo loco atque impari congressi numero, quinque horis prælium sustinuisent; quod montem gladiis districtis ascendissent; quod ex loco superiore terga vertere adversarios coegissent, atque in oppidum compulissent. Illi eum tumulum, pro quo pugnatum est, magnis operibus munierunt, præsidiumque ibi posuerunt.

*Horis quinque continenter*, cinco horas en peso. *Gladiis districtis*, con espada en mano. *Locis dejectis inferioribus*, en lugares hondos y menos ventajosos. *Dat receptum*, asegura la retirada. *In summum jugum*, pretenden subir á la cumbre á fuerza de brazo. *Vario certamine*, tuvo varios sucesos la batalla. *Ex primo hastato*, capitán de lanceros. (Debiera decir: *Centurio primi hastati*.) *Ex inferioribus ordinibus*, que de soldado raso había llegado á aquel grado por sus excelentes prendas. *Primipili centurio*, capitán de los de primera fila. (Equivale á capitán de granaderos.) *Sed hæc*, pero aquel día unos y otros pensaron haber salido vencedores. *Iniquo loco*, desiguales en lugar y fuerzas. *Gladiis districtis*, con espada en mano

XXII. Accidit etiam repentinum incommodum, biduo quo hæc gesta sunt. Tanta enim tempestas cooritur, ut nunquam illis locis majores aquas fuisse constaret. Tum autem ex omnibus montibus nix profluit, ac summas ripas fluminis superavit, pontesque ambos, quos C. Fabius fecerat, uno die interrupit. Quæ res magnas difficultates exercitui Cæsaris attulit. Castra enim, ut supra demonstratum est, cum essent inter flumina duo, Sicorim et Cingam, spatio millium triginta, neutrum horum transiri poterat, necessarioque omnes his angustiis continebantur: neque civitates, quæ ad Cæsaris amicitiam accesserant, frumentum supportare, neque ii, qui pabulatum longius progressi erant, interclusi fluminibus, reverti; neque maximi comitatus, qui ex Italiâ Galliâque veniebant, in castra pervenire poterant. Tempus autem erat anni difficillimum, quod neque frumenta in herbis erant, neque multum a maturitate aberant: ac civitates exinanitæ, quod Afranius pene omne frumentum ante Cæsaris adventum Ilerdam convexerat: reliqui si quid fuerat, Cæsar superioribus diebus consumpserat: peora, quod secundum poterat esse inopiæ subsidium, propter bellum finitimæ civitates longius removerant: qui erant pabulandi aut frumentandi causâ progressi, hos levis armaturæ Lusitani, peritique earum regionum cetrati citerioris Hispaniæ, consecrabantur, quibus erat proclive transnare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, ut sine utribus ad exercitum non eant. At exercitus Afranii omnium rerum abundabat copiâ. Multum erat frumentum provisum et convectum superioribus temporibus: multum ex omni provinciâ comportabatur: magna copia pabuli suppetebat. Harum rerum omnium facultates sine ullo periculo pons

XXII. *Tempestas*, aguacero. *Nix profluit*, el agua de la nieve deshecha. *Superavit ripas fluminis*, hizo salir el río de madre. *Cingam*, río Cinga. *Tempus difficillimum*, la estación mas crítica. *Frumenta in herbis*, ni habían granado las mieses en los campos, ni faltaba mucho para sazonarse. *Exinanitæ*, exhaustas. *Subsidium secundum*, que era el segundo alivio, recurso de su miseria. *Quibus erat proclive*, á quienes era fácil pasar el río á nado. *Utribus*, odres (pellejos para agua). *Suppetebat*, tenía pastos abundantes. *Harum rerum omnium facultates*, todo esto se lo proporcionaba sin peligro el puente de Lérida...

herdæ præbebat, et loca trans flumen integra, quò omnino Cæsar adire non poterat. Eæ permanserunt aquæ dies complures. Conatus est Cæsar reficere pontes: sed nec magnitudo fluminis permittebat, neque ad ripam dispositæ cohortes adversariorum perfici patiebantur: quod illis prohibere erat facile, cum ipsius fluminis naturâ, atque aquæ magnitudine, tum quòd ex totis ripis in unum atque angustum locum tela jaciebantur, atque erat difficile eodem tempore rapidissimo flumine opera perficere et tela vitare.

XXIII. Nuntiatum Afranio, magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen consitisse. Venerant eò sagittarii ex Ruthenis, equites ex Galliâ cum multis carris magnisque impedimentis, ut fert Gallica consuetudo. Erant præterea cujusque generis hominum millia circiter sex cum servis, liberisque: sed nullus ordo, nullum imperium certum, cum suo quisque consilio uteretur, atque omnes sine timore iter facerent, uti superiorum temporum atque itinerum licentiâ. Erant complures honesti adolescentes, senatorum filii, et equestris ordinis: erant legationes civitatum: erant legati Cæsaris. Hos omnes flumina continebant. Ad hos opprimendos, cum omni equitatu tribusque legionibus Afranius de nocte proficiscitur, imprudentesque ante-missis equilibus aggreditur. Celeriter tamen sese Galli equites expediunt, præliumque committunt. Hi, dum pari certamine res geri potuit, magnum hostium numerum pauci sustinere: sed ubi signa legionum appropinquare cœperant, paucis amissis, sese in montes proximòs conferunt. Hoc pugnae tempus magnum attulit nostris ad salutem momentum. Nacti enim spatium, se in loca superiora receperunt. Desiderati sunt eo die sagittarii circiter ducenti, equi-

*Integra, intactos. Maghitudo, la mucha creciente.*

XXIII. *Constitisse*, habían hecho alto junto al río. *Ruthenis*, aquitanos. *Carris*, carros. *Consuetudo*, según costumbre de los Galos. *Cujusque generis*, de todas raleas. *Nullum imperium certum*, ninguno á quien obedecer. *Uteretur*, siguiendo cada cual su capricho. *Legationes*, diputados de las ciudades. *Aggreditur*, los coge desprevenidos echando delante la caballería. *Dum pari certamine*, mientras la batalla se mantuvo indecisa. *Hoc pugnae*, el tiempo que duró la pelea. *Attulit magnum momentum*, sirvió de mucho á los nuestros para ponerse en salvo. *Nacti enim spatium*, pues aprovechándose de aquel rato se retiraron á las alturas.

tes pauci, calonum atque impedimentorum non magnus numerus. His tamen omnibus annona crevit, quæ fere res non solum inopiâ præsentis, sed etiam futuri temporis timore ingravescere consuevit. Jamque ad denarios quinquaginta in singulos modios annona pervenerat, et militum vires inopia frumenti diminuerat, atque incommoda in dies augebantur, et tam paucis diebus magna erat rerum facta commutatio, ac se fortuna inclinaverat, ut nostri magnâ inopiâ necessarium rerum conflictarentur, illi omnibus abundantem rebus, superioresque haberentur. Cæsar iis civitatibus, quæ ad ejus amicitiam accesserant, quò minor erat frumenti copia, pecus imperabat; calones ad longinquoiores civitates dimittebat. Ipse præsentem inopiam, quibus poterat subsidiis, tutabatur. Hæc Afranius, Petreius et eorum amici, pleniora etiam atque uberiora Romam ad suos perscribebant. Multa rumor fingebat, ut pene bellum confectum videretur. Quibus litteris nuntiisque Romam perlatis, magni domus concursus ad Afranium, magnæ gratulationes fiebant: multi ex Italiâ ad Cn. Pompeium proficiscebantur, alii, ut principes talem nuntium attulisse, alii, ne eventum belli expectasse, aut ex omnibus novissimi venisse viderentur.

XXIV. Cum in his angustiis res esset, atque omnes viæ ab Afranianis militibus equitibusque obsiderentur, nec pontes perfici possent, imperat militibus Cæsar ut naves faciant, cujus generis eum superioribus annis usus Britannia docuerat.

*Calonum atque impedimentorum*, un corto número de vivanderos y guardas de bagaje. *Annona crevit*, se aumentó la carestía de mantenimiento. *Consuevit ingravescere*, suele ir en aumento. *Jamque ad denarios quinquaginta*, y ya había llegado á valer un celemin de trigo cincuenta denarios (a). *Fortuna inclinaverat se*, y se manifestaba tan contraria la fortuna. *Ut nostri conflictarentur*, de manera que los nuestros se hallaban en el mayor conflicto. *Imperabat pecus*, mandaba contribuyesen con ganado. *Calones*, vivanderos. *Tutabatur*, sostenía. *Pleniora atque uberiora*, enviaban noticia de esto ponderando y abultando las cosas mas de lo que eran en sí. *Rumor fingebat*, la fama pintaba las cosas de manera que parecia haberse ya concluido casi la guerra. *Ad Afranium*, á casa de Afranio. *Aut ex omnibus novissimi venisse*, ó que ellos eran los últimos de todos á venir.

XXIV. *Angustiis*, en tal apuro. *Atque omnes viæ obsiderentur*, y teniendo tomados todos los pasos. *Cujus generis usus* como la experiencia se lo había enseñado. *Britannia*, en la Gran Bretaña...

(a) El denario era como dos reales de nuestra moneda.

Carinæ primum ac statumina ex levi materiâ fiebant: reliquum corpus navium, viminibus contextum, coriis tegebatur. Has perfectas carris junctis devehit noctu millia passuum a castris viginti duo, militesque his navibus flumen transportat, continentemque ripæ collem improvisè occupat. Hunc celeriter, priùs quàm ab adversariis sentiatur, communit. Huc legionem postea transducit: atque ex utrâque parte pontem institutum perficit biduo. Ita comitatus, et qui frumenti causâ processerant, tuto ad se recipit, et rem frumentariam expedire incipit. Eodem die equitum magnam partem flumen transjecit, qui inopinantes pabulatores, et sine ullo dissipatos timore aggressi, quàm maximum numerum jumentorum atque hominum intercipiunt: cohortibusque cetratis subsidia missis, scienter in duas partes sese distribuunt, alii, ut prædæ subsidio sint, alii ut venientibus resistent, atque eos propellant; unamque cohortem, quæ temerè ante ceteras extra aciem procurrerat, seclusam a reliquis circumveniunt atque interficiunt; incolumesque cum magnâ prædâ eodem ponte in castra revertuntur.

XXV. Dum hæc ad Ilerdam geruntur, Massilienses, usi L. Domitii consilio, naves longas expediunt, numero septemdecim, quarum erant undecim tectæ. Multa his minorâ navigia addunt, ut ipsâ multitudine nostra classis terreatur; magnum numerum sagittariorum, magnum Albicorum, de quibus supra demonstratum est, imponunt: atque hos præmiis, pollicitationibusque incitant. Certas sibi deposcit naves Domitius, atque has colonis, pastoribusque, quos secum adduxerat, complet. Sic omnibus rebus instructâ classe, magnâ fiducia ad nostras naves procedunt, quibus præerat D. Brutus. Hæc ad insulam, quæ est contra Massiliam, stationes obtinebant. Erat multo inferior numero navium Brutus: sed delect-

*Carinæ, etc.*, quillas y costillaje, ó armazon de los costados. *Materiâ levi*, de madera ligera. *Reliquum corpus*, lo restante del casco del buque. *Viminibus contextum*, entretejiendo mimbres se cubria de cueros. *Collem*, montecillo pegado á la ribera. *Fruementi causâ*, á buscar granos. *Expedire rem frumentariam*, á poner corrientes las provisiones. *Inopinantes et dissipatos*, á los forrajeros desprevenidos y esparcidos sin ningun recelo. *Intercipiunt*, se apoderan. *Hominum atque jumentorum*, de soldados y caballos. *Scienter*, de intento. *Propellant*, y que los rechacen.

XXV. *Expediunt*, habilitan diez y siete galeras. *Sagittariorum*, balesteros. *Instructâ*, equipada. *Obtinebant stationes*, estaban ancladas..

tos ex omnibus legionibus fortissimos viros, antesignanos, centuriones Cæsar ei classi attribuerat, qui sibi id muneris depoposcerant. Ii manus ferreas atque harpagones paraverant; magnoque numero pilorum, tragularum, reliquorumque telorum se instruxerant: ita, cognito hostium adventu, suas naves ex portu educunt; cum Massiliensibus confligunt. Pugnatum utrinque est fortissimè atque acerrimè. Neque multum Albici nostris virtute cedebant, homines asperi et montani, exercitati in armis, atque ii modo digressi a Massiliensibus, recentem eorum pollicitationem animis continebant; pastoresque indomiti, spe libertatis excitati, sub oculis domini suam probare operam studebant. Ipsi Massilienses, et celeritate navium, et scientiâ gubernatorum confisi, nostros eludebant, impetusque eorum excipiebant: et quoad licebat latiore spatio, productâ longiùs acie, circumvenire nostros, aut pluribus navibus adoriri singulas, aut remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant: cum propius erat necessario ventum, ab scientiâ gubernatorum atque artificis, ad virtutem montanorum confugiebant. Nostri, quòd minus exercitatis remigibus, minusque peritis gubernatoribus utebantur, qui repente ex onerariis navibus erant producti, neque dum etiâ vocabulis armamentorum cognitis, tum etiâ gravitate et tarditate navium impediabantur. Factæ enim subito ex humidâ materiâ non eundem usum celeritatis habebant. Itaque, dum locus cominus pugnandi daretur, æquo animo singulas binis navibus objiciebant, atque injectâ manu

*Antesignanos*, alféreces. *Attribuerat ei classi*, habia destinado á esta expedicion por haberlo ellos pedido. *Manus ferreas*, garfios y harpones. *Pilorum, tragularum, telorum*, lanzas, flechas y demás armas arrojadizas. *Instruxerant se*, se habian prevenido. *Confligunt*, pelean. *Acerrimè*, con mucho denuedo. *Neque multum*, y no era mucho menor que el valor de los Albicos el de los nuestros. *Continebat*, tenian fresca la memoria de sus promesas. *Sub oculis domini*, á vista de sus señores querian hacer alarde de su valor. *Gubernatorum*, pilotos. *Et quoad licebat*, y cuando se lo permitia el mayor espacio de lugar. *Acie productâ longiùs*, ensanchando el frente del ejército. *Transcurrentes*, encontrándose con nuestras naves. *Contendebant detergere remos*, pretendia harer, romper los remos. *Artificis*, y maniobras. *Neque dum (nondum)*, que aun no sabian los términos de jarcias y maderamen. *Materia humidâ*, de madera verde, recién cortada.

ferreâ, et retentâ utrâque nave, diversi pugnabant, atque in hostium naves transcendebant, et magno numero Albicorum et pastorum interfecto, partem navium deprimunt: nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt. Eo die naves Massiliensium cum iis, quæ sunt cantæ, intereunt novem.

XXVI. Hoc Cæsari ad Ilerdam nuntiato, simul perfecto ponte, celeriter fortuna mutatur. Illi perterriti virtute equitum minus liberè, minus audacter vagabantur: aliàs, non longo ab castris progressi spatio, ut celerem receptum haberent, angustiùs pabulabantur: aliàs, longiore circuitu, custodias stationesque equitum vitabant: aut aliquo accepto detrimento, aut procul equitatu viso, ex mèdio itinere, projectis sarcinis, fugiebant: postremò et plures intermittere dies, et præter consuetudinem omnium noctu constituerant pabulari. Interim Oscenses, et Calagurritani, qui erant cum Oscensibus contributi, mittunt ad eum legatos; seseque imperata facturos pollicentur. Hos Tarraconenses, et Iacetani, et Ausetani, et paucis post diebus Illurgavonenses, qui flumen Iberum attingunt, insequuntur. Petit ab his omnibus, ut se frumento juvent. Pollicentur, atque omnibus undique conquisitis jumentis, in castra deportant. Transit etiam cohors Illurgavonensis ad eum, cognito civitatis consilio, et signa ex statione transfert. Magnâ celeriter fit commutatio rerum. Perfecto ponte, magnis quinque civitatibus ad amicitiam adjunctis, expeditâ re frumentariâ, extinctis rumoribus de auxiliis legionum, quæ cum Pompeio per Mauritianiam venire dicebantur, multæ longinquoeres civitates ab Afranio desciscunt, et Cæsaris amicitiam sequuntur.

*Deprimunt*, echan á fondo. *Intereunt*, son echadas á pique.

XXVI. *Vagabantur*, hacian sus salidas con menos libertad y atrevimiento. *Aliàs*, unas veces. *Pabulabantur angustiùs*, salian á forrajear adelantándose menos. *Stationes*, avanzadas. *Intermittere*, pasaban algunos dias sin salir. *Oscenses*, los de Huesca y Calahorra. *Contributi*, de la misma jurisdiccion. *Tarraconenses*, los de Tarragona, Jaca y Vique. *Illurgavonenses* (habitantes del Ebro: no tienen término propio). *Ex statione*, del cuerpo de guardia. *Exstinctis rumoribus*, habiéndose desvanecido las voces que corrian. *Desciscunt*, se le rebelan, no quieren seguirle.

XXVII. Quibus rebus perterritis animis adversariorum Cæsar, ne semper magno circuitu per pontem equitatus esset mittendus, nactus idoneum locum, fossas pedum triginta in altitudinem complures facere instituit, quibus partem aliquam Sicoris averteret, vadumque in eo flumine efficeret. His pene effectis, magnum in timorem Afranius, Petreiusque perveniunt, ne omnino frumento pabuloque intercluderentur, quòd multum Cæsar equitatu valebat. Itaque constituunt his locis excedere, et in Celtiberiam bellum transferre. Huic consilio suffragabatur etiam illa res, quòd ex duobus contrariis generibus, quæ superiore bello cum L. Sertorio steterant, civitates victæ nomen atque imperium absentis timebant: quæ in amicitia manserant, Pompeii magnis affectæ beneficiis, eum diligebant: Cæsaris autem in barbaris erat nomen obscurius. Hinc magnos equitatus, magnaue auxilia expectabant, et suis locis bellum in hiemem ducere cogitabant. Hoc inito consilio, toto flumine Ibero naves conquiri, et Octogesam adduci jubent. Id erat oppidum positum ad Iberum, milliaque passuum a castris aberat viginti. Ad eum locum fluminis, navibus junctis, pontem imperant fieri, legionesque duas flumen Sicorim transducunt, castraque muniunt vallo pedum duodecim. Quâ re per exploratores cognitâ, summo labore militum Cæsar continuato diem noctemque opere in flumine avertendo, huc jam rem deduxerat, ut equites, etsi difficulter atque ægrè fiebat, possent tamen atque auderent flumen transire; pedites verò tantummodo humeris ac summo pectore exstarent, et cum altitudine aquæ, tum etiam rapiditate fluminis ad transeundum impedirentur. Sed tamen eodem ferè tempore pons in Ibero prope effectus nuntiabatur, et in Sicori vadum reperiebatur. Jam verò eò magis illi maturandum iter existimabant. Itaque duabus auxiliariis cohortibus

XXVII. *Averteret*, para sangrar el rio, desaguarle. *Transferre*, pasar la guerra al centro de Aragon. *Suffragabatur*, á esto favorecia el que, etc. *Steterant*, que habian seguido á Sertorio. *Nomen... erat obscurius*, apenas tenia noticia de César. *Consilio inito*, tomada esta determinacion. *Toto flumine Ibero*, por la ribera del Ebro. *Octogesam*, unos Mequinenza, otros Hitona. *Exploratores*, espías. *Flumine avertendo*, desaguar el rio. *Deduxerat rem huc*, llevaba su proyecto en tal estado. *Exstarent tantummodo humeris*, y á los de á pié les llegaba el agua á los hombros. *Iter maturandum*, acelerar la marcha.

tibus Ilerdæ præsidio relictis, omnibus copiis Sicorim trans-eunt, et cum duabus legionibus, quas superioribus diebus transdlexerant, castra conjungunt. Relinquebatur Cæsari nihil, nisi uti equitatu agmen adversariorum malè haberet, et carperet. Pons enim ipsius magnum circuitum habebat, ut multò brevior itinere illi ad Iberum pervenire possent. Equites ab eo missi flumen transeunt; et cum de tertiâ vigiliâ Petreius atque Afranius castra movissent, repente sese ad novissimum agmen ostendunt; et magnâ multitudine circumfusâ, morari atque iter impedire incipiunt.

XXVIII. Primâ luce ex superioribus locis, quæ Cæsaris castris erant conjuncta, cernebatur equitatus nostri prælio novissimos illorum premi vehementer, ac nonnunquam sustinere extremum agmen, atque interrumpi: aliâs inferri signa, et universarum cohortium impetu nostros propelli, deinde rursus conversos insequi: totis verò castris milites circulari, et dolere, hostem ex manibus dimitti; bellum necessariò longius duci: centuriones tribunosque militum adire, atque obsecrare, ut per eos Cæsar certior fieret, « ne labori suo nec periculo parceret; paratos esse sese posse et audere eâ transire flumen, quâ transductus esset equitatus. » Quorum studio et vocibus excitatus Cæsar, etsi timebat tantæ magnitudinis flumini exercitum objicere, conandum tamen atque experiendum judicat. Itaque infirmiores milites ex omnibus centuriis deligi jubet, quorum aut animus aut vires videbantur sustinere non posse. Hos cum legione unâ præsidio castris relinquit; reliquas legiones expeditas educit, magnoque número jumentorum in flumine suprâ atque infrâ constituto, transducit exercitum. Pauci ex his militibus vi

*Malè haberet, et carperet*, sino molestar y ofender con la caballería á los enemigos. *De tertiâ vigiliâ*, á media noche. *Movissent castra*, habiendo levantado el campo. *Ostendunt sese ad*, se presentan por la retaguardia. *Circumfusa*, habiéndoles rodeado en gran número.

XXVIII. *Novissimos*, que nuestra caballería atacaba fuertemente á los últimos de ellos. *Sustinere*, y que á veces la retaguardia sostenía el ataque, á veces era cortada. *Milites verò*, los soldados andaban en corrillos por todo el campo sintiendo que se les hubiese dejado escapar de las manos al enemigo, y que por esto era forzoso alargarse la guerra. *Studio*, deseos. *Excitatus*, animado. *Tantæ magnitudinis*, á rio tan caudaloso...

fluminis abrepti ab equitatu excipiuntur, ac sublevantur; interit tamen nemo. Transducto incolumi exercitu, copias instruit, triplicemque aciem ducere incipit. Ac tantum fuit in militibus studium, ut millium sex addito circuitu, magnâque ad vadum fluminis morâ interpositâ, eos, qui de tertiâ vigiliâ exissent, ante horam diei nonam consequerentur. Quos ubi Afranius procul visos cum Petreio conspexit, novâ re perterritus, locis superioribus consistit, aciemque instruit. Cæsar in campis exercitum reficit, ne defessum prælio objiciat. Rursus conantes progredi insequitur, et moratur. Illi necessariò maturius, quàm constituerant, castra ponunt. Suberant enim montes, atque a millibus passuum quinque itinera difficilia atque angusta excipiebant. Hos intra montes se recipiebant, ut equitatum effugerent Cæsaris, præsidiis que in angustiis collocatis, exercitum itinere prohiberent, ipsi sine periculo ac timore Iberum copias transducerent: quod fuit illis conandum, atque omni ratione efficiendum: sed totius diei pugnam atque itineris labore defessi rem in posterum diem distulerunt. Cæsar quoque in proximo colle castra ponit. Mediâ circiter nocte, iis qui adaquandi causâ longius a castris processerant, ab equitibus correptis, fit ab his certior Cæsar, duces adversariorum silentio copias castris educere. Quo cognito, signum dari jubet, et vasa militari more conclamari. Illi, exaudito clamore, veriti ne noctu impediti sub onere confli-gere cogerentur, aut ne ab equitatu Cæsaris in angustiis tenerentur, iter supprimunt, copiasque in castris continent.

XXIX. Postero die Petreius cum paucis equitibus occultè ad exploranda loca proficiscitur. Hoc idem fit ex

*Triplicemque*, llevarlo en tres divisiones. *Ante horam nonam*, antes de las tres de la tarde (a). *Insequitur et moratur*, les sigue el alcance y los retarda en su marcha. *Maturius quàm*, mas antes de lo que. *Montes suberant*, caían cerca unos montes. *Adaquandi causâ*, para dar de beber á los caballos se habían adelantado algo mas. *Correptis*, hechos prisioneros por la caballería. *Vasa militari more conclamari*, que á un tiempo tocasen todas las trompetas como era estilo militar. *Sub onere*, embarazados con el equipaje. *Suppressunt iter*, suspenden la marcha.

(a) Dividiase el dia en cuatro horas como la noche en cuatro vigilias. *Prima*, desde 6 á 9. *Tertia*,

desde 9 á 12. *Sexta*, desde 12 á 3. *Nona* desde 3 á 6 de la tarde.

castris Cæsaris. Mittitur L. Decidius Saxa cum paucis, qui loci naturam perspiciat. Uterque idem suis renuntiat, quinque millia passuum proxima intercedere itineris campestris; inde excipere loca aspera et montuosa: qui prior has angustias occupaverit, ab hoc hostem prohiberi nihil esse negotii. Disputatur in concilio a Petreio et Afranio, et tempus profectiois quæritur. Plerique censebat, « ut noctu iter facerent: posse prius ad angustias veniri, quam sentirentur. Alii, quod pridie noctu conclamatum esset in castris Cæsaris, argumenti sumebant loco, non posse clam exiri, circumfundi noctu equitatum Cæsaris, atque omnia loca et itinera obsideri: nocturnaque prælia esse vitanda, quod perterritus miles in civili dissensione, timori magis, quam religioni consulere consueverit: at lucem multum per se pudorem omnium oculis, multum etiam tribunorum, militum et centurionum præsentiam afferre, quibus rebus coerceri milites, et in officio contineri soleant. Quare omni ratione esse interdiu perrumpendum. Etsi aliquo accepto detrimento, tamen, summâ exercitus salvâ, locum, quem petant, capi posse. » Hæc vicit in concilio sententia; et primâ luce postridie constituunt proficisci.

XXX. Cæsar, exploratis regionibus, albente cælo, omnes copias castris educit; magnoque circuitu, nullo certo itinere exercitum ducit. Namque itinera, quæ ad Iberum atque Octogesam pertinebant, castris hostium oppositis tenebantur. Ipsi erant transcendendæ valles maximæ, ac difficillimæ: saxa multis locis prærupta iter im-

XXIX. *Intercedere itineris campestris*, que primeramente habia cinco millas de camino llano. *Excipere*, y que despues comenzaban sierras y montes. *Nihil negotii esse hostem prohiberi ab hoc, qui*, que al que primero ocupase estos desfiladeros le costaria poco estorbar la marcha al enemigo. *Disputatur... a Petreio*, tienen varios altercados Petreyo y Afranio. *Sumebant loco argumenti*, lo tenían por buena prueba. *Circumfundi*, que andaba esporeada la caballería de César. *Magis timori quam religioni*, obraría más conforme á su miedo que al juramento. *Contineri in officio*, hacer su deber. *Perrumpendum interdiu*, se debía marchar de día. *Summâ exercitus salvâ*, sin aventurar el ejército.

XXX. *Cælo albente*, al rayar el alba. *Nullo certo itinere*, sin camino cierto. *Pertinebant*, que iban. *Tenebantur*, estaban cogidos. *Valles transcendendæ*, tenía que pasar valles muy hondos y embarazosos. *Saxa prærupta*, peñascos escarpados...

pediebant, ut arma per manus necessariò traderentur, militesque inermes, sublevatique alii ab aliis, magnam partem itineris conficerent. Sed hunc laborem recusabat nemo, quod eum omnium laborum finem fore existimabant, si hostem Ibero intercludere, et frumento prohibere potuissent. Ac primo Afraniani milites visendi causâ læti ex castris procurrebant, contumeliosisque vocibus prosequabantur, « necessarij victus inopiâ coactos fugere, atque ad Iberdam reverti. » Erat enim iter a proposito diversum, contrariamque in partem iri videbatur. Duces verò eorum suum consilium laudibus ferebant, quòd se castris tenuissent: multumque eorum opinionem adjuvabat, quòd sine jumentis, impedimentisque ad iter profectos videbant: ut non posse diutius inopiam sustinere confiderent. Sed ubi paulatim retorqueri agmen ad dextram conspexerunt, jamque primos superare regionem castrorum animadverterunt, nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin statim castris exeundum, atque occurrendum putaret. Conclamatur ad arma, atque omnes copiae, paucis præsidio relictis cohortibus, exeunt, rectoque ad Iberum itinere contendunt. Erat in celeritate omne positum certamen, utri prius angustias montesque occuparent: sed exercitum Cæsaris viarum difficultates tardabant; Afranii copias equitatus Cæsaris insequens morabatur. Res tamen ab Afranianis huc erat necessariò deducta, ut si priores montes, quos petebant, attingissent, ipsi periculum vitarent, impedimenta fortius exercitus, cohortesque in castris relictas servare non possent, quibus intereluis exercitu Cæsaris, auxilium ferri nullâ ratione poterat. Confecit prior iter Cæsar, atque ex magnis rupibus nactus planitiem, in hac contra hostem aciem instruit. Afranius, cum ab equitatu novissimum agmen

*Alii sublevatique*, sosteniéndose los unos á los otros andaban las mas del camino. *Intercludere*, estorbar el paso del Ebro y que les llevasen viveres. *Inopiâ victus necessarij*, y que huían por falta de sustento. *Paulatim retorqueri*, que su ejército iba retrocediendo poco á poco sobre la derecha, y que los primeros pasaban el frente de sus reales. *Conclamatur ad arma*, tocan al arma. *Omne certamen*, todo el empeño consistia en la ligereza con que unos y otros ocupasen los primeros las gargantas y montes, etc. *Difficultates viarum*, los malos pasos detenían. *Deducta erat necessariò ab Afranianis*, pero la necesidad puso á los de Afranio en términos de que si, etc. *Nactus planitiem*, encontrando una llanura despues de aquellas rocas...

premeretur, et ante se hostem videret, collem quemdam nactus: ibi constitit. Ex eo loco quatuor cetratorum cohortes in montem, qui erat in conspectu omnium excelsissimus, mittit. Hunc magno cursu concitatos jubet occupare, eo consilio, ut ipse eodem omnibus copiis contenderet, et, mutato itinere, jugis Octogesam perveniret. Hunc cum obliquo itinere cetrati peterent, conspicatus equitatus Cæsaris, in cohortes impetum facit: nec minimam partem temporis equitum vim cetrati sustinere potuerunt: omnesque ab his circumventi, in conspectu utriusque exercitus interficiuntur.

XXXI. Erat occasio bene gerendæ rei. Neque verò id Cæsarem fugiebat, tanto sub oculis accepto detrimento, perterritum exercitum sustinere non posse, præsertim circumdatum undique equitatu, cum in loco æquo atque aperto confligeretur: idque ex omnibus partibus ab eo flagitabatur. Concurrerant legati, centuriones, tribunisque militum, « ne dubitaret prælium committere: omnium esse militum paratissimos animos: Afranios contra multis rebus sui timoris signa misisse, quòd suis non subvenissent, quòd de colle non decederent, quòd vix equitum incursus sustinerent, collatisque in unum locum signis conferti, neque ordines neque signa servarent. Quòd si iniquitatem loci timeret, datum iri tamen aliquo loco pugnandi facultatem, quòd certè inde decedendum esse Afranio, nec sine aqua permanere posset. » Cæsar in eam spem venerat, se sine pugna et sine vulnere suorum rem conficere posse; quòd re frumentaria adversarios interclusisset. « Cur, etiam secundo prælio, aliquos ex suis amitteret? Cur vulnerari pateretur optimè meritis de se milites? Cur denique fortunam periclitaretur, præsertim cum non minùs

*Constitit*, hizo alto. *Jugis*, por las cumbres. *Itinere obliquo*, por la travesía.

XXXI. *Erat occasio*, era la ocasion de concluir gloriosamente la empresa. *Neque id Cæsarem fugiebat*, y no se le ocultaba á César. *Sub oculis*, á sus propios ojos. *Loco æquo aperto*, en campo raso y descubierta. *Idque*, y esto le pedia con instancia todo el ejército. *Legati*, lugartenientes. *Misisse signa multis rebus*, habían dado muchas pruebas. *Conferti*, amontonados. *Neque ordines neque signa*, ni guardaban sus filas ni sus compañías. *Iniquitatem loci*, la desigualdad del sitio. *Optimè meritis de se*, que tan bien le habían servido ..

esset imperatoris, consilio superare quàm gladio? » Movebatur etiam misericordiâ civium, quos interficiendos videbat; quibus salvis atque incolumibus rem obtinere malebat. Hoc consilium Cæsaris a plerisque non probabatur. Milites verò palàm inter se loquebantur, « quoniam talis occasio victoriæ dimitteretur, etiam cum vellet Cæsar, sese non esse pugnuros. » Ille in suâ sententiâ perseverat, et paululum ex eo loco digreditur, ut timerem adversariis minuat. Petreius atque Afranius, oblata facultate, in castra sese referunt. Cæsar, præsidis montibus dispositis, omni ad Iberum intercluso itinere, quàm proximè potest hostium castris castra communit.

XXXII. Postero die duces adversariorum perturbati, quòd omnem rei frumentariæ, fluminisque Iberi spem amiserant, de reliquis rebus consultabant. Erat unum iter, Ilerdam si reverti vellent, alterum si Tarraconem peterent. Hæc consiliantibus eis, nuntiatum aquatores ab equitatu premi nostro: quâ re cognitâ, crebras stationes disponunt equitum, et cohortium alariarum, legionariasque interjiciunt cohortes, vallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitionem, et sine timore, et sine stationibus aquari possent. Id opus inter se Petreius atque Afranius partiuntur: ipsique, perficiendi operis causâ, longius progrediuntur. Quorum discessu liberam nacti milites colloquorum facultatem, vulgò procedunt: et quem quisque in castris notum aut municipem habebat, conquirunt, atque evocat. Primum agunt gratias omnes omnibus, « quòd sibi perterritis pridie pepercissent; eorum se beneficio vivere: deinde imperatoris fidem quærunt, rectè se illi sint commissuri; et quòd non ab initio fecerint, armaque cum hominibus necessariis et consanguineis contulerint, conqueruntur. His provocati sermonibus, fidem ab

*Consilio*, con la prudencia. *Itinere intercluso*, cerrados todos los asos. *Quàm proximè*, lo mas cerca que puede.

XXXII. *Crebras stationes*, muchas compañías de caballería. *Et cohortium alariarum*, y auxiliares. *Interjiciunt*, pone en medio. *Ducere vallum ad aquam*, tirar una trinchera desde los reales hasta donde estaba el río. *Intra munitionem*, defendidos dentro de este reparo. *Procedunt vulgò*, salen frecuentemente á hablarse. *Castris*, en el campo de César. *Municipem*, paisano. *Quærunt fidem imperatoris*, les preguntan sobre la seguridad que tendrían en el general. *Commissuri*, y si harían bien en ponerse en sus manos..



imperatore de Petreii et Afranii vitâ petunt; ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodidisse videantur. » Quibus confirmatis rebus, se statim signa translaturus confirmant, legatosque de pace primorum ordinum centuriones ad Cæsarem mittunt. Interim alii suos in castra invitandi causâ, adducunt; alii ab suis abducuntur; adeo ut una castra jam facta ex binis viderentur: compluresque tribuni militum et centuriones ad Cæsarem veniunt, seque ei commendant. Hoc idem fit a principibus Hispaniæ, quos illi evocaverant, et secum in castris habebant obsidum loco. Hi suos notos hospitesque quærebant, per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Cæsarem. Afranii etiam filius adolescens de suâ et parentis sui salute cum Cæsare per Sulpicium legatum agebat. Erant plena lætitiâ et gratulatione omnia, eorum, qui tanta pericula vitasse, et eorum, qui sine vulnere tantas res confecisse videbantur, magnumque fructum suæ pristinæ lenitatis omnium iudicio Cæsar ferebat; consiliumque ejus a cunctis probabatur.

XXXIII. Quibus rebus nuntiatis Afranio, ab instituto opere discedit, seque in castra recipit, sic paratus, ut videbatur, ut quicumque accidisset casus, hunc quieto et æquo animo ferret. Petreius verò non deserit sese; armat familiam: cum hæc, et prætoriâ cohorte cetratorum, barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, quos suæ custodiæ causâ habere consueverat, improvisò ad vallum advolat; colloquia militum interrumpit, nostros repellit ab castris: quos deprehendit,

*Petunt fidem*, piden á César empenhe su palabra de perdonar la vida, etc. *Confirmant*, prometen pasarse con las banderas. *Una castra ex binis*, de los dos campos parecia haberse hecho uno, *Obsidum*, en rehenes. *Haberet aditum commendationis*, hallase medio de ser recomendado con César. *Plena*, todo rebosaba alegría y enhorabuena.

XXXIII. *Ferret animo*, lo llevase con resignacion é igualdad de ánimo. *Petreius non deserit*, no se descuidó en mirar por sí. *Familiam*, sus esclavos. *Cohorte prætoriâ cetratorum*, con una compañía pretoria de infantería española...

*Beneficiariis*. Entienden los CC. con variedad esta palabra. Unos trañcen sus favorecidos. Otros que tenia á su sueldo algunos solda-

dos para su reserva. *Facciolati*, soldados promovidos. *Sententiis* quien quiera.

interficiunt. Reliqui coeunt inter se, et repentino periculo exterriti, sinistras sagis involvunt, gladiosque distringunt; atque ita se a cetratis equitibusque defendunt, castrorum propinquitate confisi, seque in castra recipiunt, et ab iis cohortibus, quæ erant in statione ad portas, defenduntur. Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit, militesque appellat; « neu se, neu Pompeium absentem imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant, » obsecrat. Fit celeriter concursus in prætorium. Postulat ut jurent omnes, se exercitum ducesque non deserturos, neque prodituros, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. Princeps in hæc verba jurat. Ipse ad idem jusjurandum adigit Afranium. Subsequuntur tribuni militum, centurionesque. Centuriatim producti milites idem jurant; edicunt, penes quem quisque sit miles Cæsaris, ut producat. Productos palam in prætorio interficiunt. Sed plerosque hi, quos receperant, celant, nocturne per vallum emittunt. Sic terror oblatus a ducibus, crudelitas in supplicio, nova religio jurisjurandi spem præsentis deditiois sustulit, mentesque militum convertit, et rem ad pristinam belli rationem redegit. Cæsar, qui milites adversariorum in castra per tempus colloqui venerant, summâ diligentia conquiri et remitti jubet: sed ex numero tribunorum militum, centurionumque nonnulli suâ voluntate apud eum remanserunt, quos ille postea magno honore habuit. Centuriones in ampliores ordines, equites romanos in tribunitium restituit honorem. Premebantur Afraniani

*Coeunt inter se*, se unen entre sí. *Involvunt sinistras sagis*, tercián los capotes en la mano izquierda. *Circuit manipulos*, da vuelta á las compañías. (Constaban de cien soldados; despues de doscientos.) *Tradant*, que no pongan sus personas ni la de su general Pompeyo en manos de sus enemigos para una muerte segura. *Prætorium*, tienda del general. *Princeps jurat in hæc verba*, él es el primero que hace este juramento. *Centuriatim*, por centurias. *Penes*, órden: *Ut (id est) illo, penes quem quisque miles Cæsaris sit, producat*, que si alguno en su tienda tenia algun soldado de César, lo manifestase. *Oblatus a ducibus*, el terror que infundieron los capitanes. *Sustulit spem deditiois præsentis*, desvaneciò la esperanza de entregarse por entonces. *Convertit*, hizo mudar de intencion á los soldados. *Habuit*, de los que hizo despues mucho aprecio. *Centuriones*, ascendió á los centuriones á los grados superiores, y á los caballeros romanos al de tribuno. *Premebantur pabulatione* andaban muy escasos de forraje...